

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. XL.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

A frequenter sine deliberatione. Dico tamen, quod ceteris paribus grauiſſimum eſt iurare per Deum. Sed poſita in delibe- ratione ex illa parte, & plena de liberatione ex alia parte, qualis habetur quando iuratur ſuper Euangelium, ponitur hoc eſſe peccatum mortale, non ſolum propter irreuerentiam illius, per quod iuratur, ſed propter deli- berationem, quæ ponitur hic, & non ibi.

¶ Et ſi quaratur, quare igitur periurans per euangelia eſt iſtaſis, iurans per Deum non eſt iſtaſis. ¶ Reſpondeo, iſtaſis non ſequitur ſemper qua- litatem culpæ, ſed crimen pub- licum. ſtatutum eſt autem, quod iuramentum publicum & cum deliberatione eſt quan- do iuratur ſuper euangelia, & idem tranſgreſſor talis iuramen- ti præſumitur tanquam viola- tor fidei, & ideo rationabiliter habetur iſtaſis, non ſic autem poteſt præſumi de aliquo leui- ter periurante per Deum.

¶ Ad vitium patet, quomodo iuramentum promiſſorium ob- ligat, & quod non ad implendū actum iuramenti.

SEXTVM PAſCEPTVM
EST NON DESIDERABI-
LIS &c.

DISTIN. XL.

QVÆSTIO VNICA.

Utrum lex noua ſit grauior ve-
teri.

Cum iſta diſtinctio.
40. In qua magiſter agit
de duobus vltimis præ-

ceptis ſecundæ tabulæ, & de C
vtriuſque legis vtilitate. ¶ Qua-
ritur, vtrum lex noua ſit gra-
uior veteri. Quod ſic, quia lex *22. 1.*
noua multa ſuperaddidit legi ve-
teri, ſicut pater Matth. 5. Diſtum
eſt antiquis. Non occides, ego
autem dico. Qui irſcitur fra-
tri ſuo, & ſic de alijs præceptis.
Et præter hoc continet totam
illam, ſicut pater Matth. 5. Non
veni legem ſoluere, ſed adimple-
re. igitur includit totam graui-
tatem illius, & addit ultra ali-
quam aliam. igitur eſt grauior.
Præterea. ſtatus ſub gratia eſt
perfectior, & virtuoſior, quam
ſub lege. igitur difficilior. con-
ſequentia patet, quia virtus eſt
circa bonum, & difficile.

¶ Contra, Matth. 11. Veni-
te ad me omnes, & car. iugum
enim meum ſuaue eſt, & onus
meum leue.

HIC SVNT DVO viden-
da, quia ex duobus pendet gra-
uitas legis alicuius in compa-
ratione ad aliam. ¶ Scilicet ex
onere impoſito. ¶ Et ex defectu
remedijs ad ſupportandū onus
impoſitam,

ONERA IMPOSITA
in veteri lege erant ¶ Præcepta
moralia. ¶ Ceremonialia. ¶ Et iu-
dicialia, ad quæ omnia tene-
bantur. ¶ De moralibus patet.
¶ De ceremonialibus etiam pa-
ter, nam licet poſſent tangere
morticinium, & huiusmodi.
incurrerant tamen ex hoc mul-
tas immunditias, ad quarum
purgationem ſi non faciebant
quæ in lege mandabantur, pec-
cabant mortaliter, ſicut expli-
catur ibi. Anima quæ fecerit,
vel non fecerit ſic, & ſic, morte
moriatur, & peribit de populo
ſuo. quæ eſt comminatio dam-
nationis.

2. 2. c. 9.
& inde.

a. 1. mor-
tuum.

Numeri
19.

Numeri
15.

2 3 ratio-

An nationes eterne. ¶ Ad oia et iudicialia tenebant, vel p se, qñ discernebant p iudices eorum, & maxime p sacerdotē leuitici ge-

neris, si qñ erat casus dubius apud iudices inferiores iuxta illud Deu. Ois aia q cōtēpserit iudiciū sacerdotis, morte moriatur.

Notabilis doctrina de floribus subtilis de conditionibus utriusque testamenti, & legis.

Id est tolerantis.

¶ In lege aut noua moralia sunt eadē, q tunc, sed magis explicata. ¶ Cerimonialia sunt multo pauciora, & leuiora q imposita sunt p Christū. ¶ Iudicialia nulla sunt posita p Christū, sed magis est lex mititatis & humanitatis, in qua nō oportet hē iudicialia iuxta illud. 1. Cor. 6. Iā quidē oīno delictū est in vobis, q iudicia habetis inter vos, quare nō magis iniuriā accepistis, ni. hoc. n. docuit Christus Mat. 5. Si quis percusserit te in vna maxilla, pbe ei & alterā, & si qs voluerit tibi tollere tunicam, relinque ei palliū. ¶ Cōparādo vero moralia ad moralia, dubium est, vtrum fuerit æqualitas, quia dubiū est vtrum illi tenerent ad oia illa praecepta, & eodē modo explicata, sicut nos tenemur.

¶ Quia si illi non tenebantur ad praecepta illa, nisi sicut Iudaei interpretabant, tūc licuisset amare amicum, & odio hē inimicū. ita. n. docuerunt Pharisei simplices de populo. Hoc aut nō licet hodie Christianis, & ita forte de quibuidam alijs explicantibus quādā praecepta moralia, sicut patet Mat. 5. ¶ Qd si nō, tūc lex nostra esset grauior quantū ad moralia, sed hēc grauitas nō equiparatur grauitati ceremonialiū legis veteris, de qua statim dicitur. ¶ Quārum. n. ad ceremonialia dico, q illa fuit multo grauior, & quantū ad multi-

tudinē, & quantū ad difficultatē obseruādi. Aug. n. ad inquisitiones Ianuarij, & tangit in can. dist. 22. Omnia vtr. dicit q Rabi Moyses enumerauit plus q sexcenta praecepta, ad q oia tenebant illi, quorū quādam erant valde difficilia, puta q oē masculinū ter in anno phtaret in Hierusalem, Exod. quantūcūq; distaret. & septuagintū annū colere, pp qd oportebat eos duobus annis vacare a collectione fructuum, & multa alia. sicut de nō tangendo morticinū, vel de non comedendo, vel bibendo post tactū mortui sine baptismo. vñ dicit Petrus in actibus Apostolorum. Quare vultis nobis imponere onus graue, qd nec nos, nec ptes nostri portare posuimus? ¶ Lex aut nostra fin Aug. ibidē, paucis & manifestis sacrorum ritibus cōtenta est. Non. n. hēt, nisi septem sacramenta, q et oia nō sunt oib. Christianis necessaria. Nō enim oēs recipiunt ordines. Nec oēs matrimonii contrahunt. Sed nec celiarius est baptismus. Et post baptismū in peccatū mortale reciduiando, pnia. Ita q difficilius, qd est in ecclesia, vr esse cōfessio, difficile. n. vr alicui peccata sua priuata soli Deo & sibi nota, reuelare alicui homini. Sed ibi apposita sunt remedia, ita q pp reuelationē talē non oportet timere confusionem. Obligatur. n. audiens ad maximū sigillū secreti. Alia sacramenta a baptismō & penitētia forte nō sunt necessaria. aut si sunt, sunt satis facilia, puta confirmatio, eucharistia, extrema vinctio. ¶ Quantū igit ad cerimonialia, lex noua est longe facilior, q lex veteris, inquantū a Christo data praecepta est, & hēc est simplē leuitas, quae longe

A longe præponderat illi grauitati, si qua sit in moralibus maior. Quam autem ad iudicialia de lege noua, patet, quod est leuissima, quia nulla iudicialia Christus immutauit. Si tamen loquamur de lege noua, in quantum est per alios declarata, vel in quantum super eam sunt alia per alios addita. Quantum vero ad ceremonialia dici potest illud, quod dicit Augustinus ubi supra, & adducitur ibi.

Quantum est ad iudicialia licet sit iudicibus statuerent leges ad pacem seruandam, siue illas quod fuerunt in lege Moy si, & hoc omnes siue alias, & qualcumque, vel quocumque, & tenent eas subditi seruare, dummodo non repugnent legi diuinæ, & quo ad hoc posset poni maior grauitas in lege Christiana, quia tunc non licuit sacerdotibus vel iudicibus condere quasque

leges, sicut modo licet principibus Christianis. Sic ergo quantum ad hoc videtur, quod pauciora sunt onera legis Christianæ, in quantum ipsa est a Christo tradita, sed forte plura, in quantum ipsi postea sunt addita alia per eos, qui habent regere populum Christianum.

QUANTVM ad secundum articulum dico, quod passio Christi exhibita plus meretur de gratia credentibus eam iam exhibitam, quam ipsa, ut exhibenda meruerit illis, qui crediderunt illi, ut exhibenda, & ideo sacramenta nostra quod habent efficaciam in virtute passionis Christi exhibita, plus conferunt de gratia, quam sacramenta veteris legis.

Præter hæc habemus plura adiutoria gratiæ, quia plura sacramenta. Nam illi præter matrimonium si tamen fuit illis sacramentum, de quo tangetur in quarto) nullum habuerunt sacramentum, nisi circumcisionem, & hoc est remedium contra origina-

le. Post reciduationem vero, si mereri potuerunt gratiam aliquam motu proprio bene quidem, sed ad gratiam tunc acquirendam nullum fuit sacramentum tunc institutum apud eos. non enim habuerunt sacramentum penitentiae, nec alia plura adiutoria ad gratiam impetrandam, quam habemus nos. Tertio, præter maiorem efficaciam sacramentorum, & pluralitatem eorum habemus doctrinam magis explicatiuam, & declaratiuam veritatis, quam ipsi habuerunt, & exempla sanctorum plura, & efficaciora ad imitandum.

Et quarto plura merita sanctorum, qui forte non tamen sibi, sed et nobis meruerunt, & nos etiam meremur inuocando auxilium eorum, & intercessionem apud Deum. Simpliciter ergo plura adiutoria, & efficaciora sunt in lege Christiana, quam veteri. & ideo ex parte lex noua est leuior.

Est etiam adiutorium valde notabile, quia nobis pro obseruatione legis Christianæ promittitur explicite vita æterna. Illis autem, vel raro, vel nunquam, nisi bona temporalia promittebantur, nunquam autem tamen alligantur animam ad seruandum legem bona temporalia, sicut bona æterna.

AD PRIMVM concedo, quod si lex noua contineat omnia moralia, quam lex vetus, & addat alia, vel saltem addat aliquam explicatiuam aliquorum, ad quam forte ipsi non tenebantur, quantum ad hoc est grauior, tamen hoc non tamen grauatur, sicut ex alia parte grauatur ceremonialium multitudo, & iudicialium. Ex parte autem legis nouæ plus alleuiatur multitudo & efficaciam auxiliorum, ita quod illa modica grauitas, si qua sit maior in moralibus, non præponderat grauitati in alijs, & hoc pensatus auxilijs hinc inde.

Z 4 Ad

C
di. 1. pa.
2. & dis.
20.

Remediū
tertium.

Remediū
quartum.

D
Remediū
quintum.

Ad secundum dico, quod difficultas in opere virtuoso non est per se ex parte operantis, sed ex parte operis. difficilius enim est avaro dare unum nummum, quam liberali decem, & tamen non virtuosius nec qualiscunque difficultas ex parte operis arguit maiorem virtuositatem. Sed illa, quæ per se includit excellentiam obiecti, quod per se attingitur per operationem, talis autem difficultas stat cum maiori leuitate.

Bar. Si ergo non sit opus in potius
 Nam leuius est attingere amandum obiectum excellentius, quàm obiectum minus excellens, & talia opera excellentia in media

te respicientia Deum, plura sunt. Dicitur enim actus dilectionis Dei immediate magis explicetur Christianis, quam Iudæis. nec mirum, quia illa debet esse lex timoris, hæc autem amoris. amor autem, & gratia præcipue finis, si ille quærit in rebus omnibus, facit omnia opera leniter, ut verum sit, quod dixit saluator Mat. 23. 11. Venire ad me. Et sequitur. Iugum enim meum suauis est, & Frenum meum leue. Cui sit laus, et honor, & gloria, per infinita seculorum secula. Amen.

LAUS DEO

Ad Laudem, Honorem, & Gloriam Omnipotentis Dei, eiusque illibata Genitricis, Seraphicæ Patriarchæ Diui Francisci, & utilitatem Christi fidelium, Præsertim Sacrosanctæ Theologiæ studiosorum, hic est Finis Quæstionum Tertij voluminis scripti Anglicani, siue Oxoniensis super Sententias, quæ a Ioanne Duns Scoto, ordinis minorum, Theologorum omnium eminentissimo, Scholæque Subtilium Vexillifero, fuerunt exactissime discussæ. nunc a mendis, quibus scatebant aut Correctorum incitiis, aut Typographorum incuria, vndeque expurgatæ, multiplicique lumine illustratæ, per Saluatorem Bartolucium Assiatem, conuentualem Franciscanum, Sacræ Theologiæ Doctorem, doctrinæque Scoticæ affectatorem, & locupletatorem, atque in nobilissima magnæ Domus Venetiarum Academia Receptem, ac moderatorem. M. D. LXXX.